Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Meditationum evangelicarum pars tertia, hoc est: Tractatio evangeliorum tam dominicalium, quam festivalium, ad recte se sub variis tentationum generibus gerendum, disposita

Creide, Hartmann
Francofurti ad Moenum, 1682

Dominica quasimodogeniti

urn:nbn:de:bsz:31-126133

In Festo Paschatos.

est, plus quam quingentis fratribus simul, 1. Cor. 15. v. 6.

1. Cor. 15. v. 26. corpus & animam separar. Diabolum, qui die & nocteaccusat nos coram Deo, Apoc. 12. v. 10. Iram Dei, quam peccatis nostris thesaurizamus nobis,

Rom.2.v.15.Rom.7.v.19. Job.9.v.3.

Verum recordatione refurrectionis Christi, mortis metum profligare possumus. Scimus enim, quod qui Jesum suscituvit, & nos per Jesum suscituturus sir, 2. Cor.4.v.14. Sir. 48.v.12. Psal. 16.v. ult. Nec minus Diaboli metu soluti sumus, Hebr.5. v.15. Quin & ira Dei pacata est, Resurrexit enim Christus propter justitiam nostram, Rom.4.v. ult. Ideo ait Christus: Pax vobis, Joh. 20. v.19. Esa. 27.v.4. Eph. 1.v.6. summa: Nunc facta est salus, & virtus & Regnum Dei nostri, Apoc. 12.v.10.

ngdalusobs

ulchonia.

Since?

us proficio m Apolicio rgato, della st. Johno. 15

ranchis.

leliáprzdo linituióloi unis. Frid

a Strains

mini apurem, Aings

Secundant

infraction

identin le-

adpedes,

e intent

0000533

minum etum erecom

allifants et omnen fal.ga.v.ts

ingruet, 16 John 4-18. un animam

nhr,Lu

nt come-

exhiston

e expansi

marten

nimicus,

i, Coc

BLB

3. Per Christi pracessionem. Præceder enim vos, in Galilæam, ibi eum videbitis sicut dixit vobis. Quo ipso respicit promissionem, Matth. 26. v. 32. quæ impleta est in monte Galilææ, Matth. 28. v. 16. ubi visus

Christus similiter præcessit nos

1. Inresurrectione, factus primitiæ dormientium, 1. Cor. 15. v. 20. Ideo inquit Leo: Quo præcessit gloria capitis, eo sequetur & spes corporis, Joh. 14. v. 20.

2. In adscensione. Ubi notas nobis fecit vias vitæ, Psal.16. v.11. & locum paravit, Joh.14.v.z.ubi cum Electis & Angelis ha-

biremus, 1. Cor.z.v.9.

3. Inexaltatione. Sedet enim ad dexteram Dei, Eph. I. v. 21. Inæterna gloria, Luc. 24. v. 26. ad quam licet nemo Angelorum pertingere valeat, Hebr. I. v. 13. attamen nos quoque confortes gloriæ suæ facturus est, Joh. 17. v. 24. & quando veniet ad judicium in nubibus cæli, nos quoque sedebimus super thronos, judicantes duodecim tribus Israël, Luc. 22. v. 30. 2. Tim. 2. v. 18. Apoc. 2. v. 21. Fiat id per Christum Jesum, Amen.

DOMINICA QUASIMODO-GENITI.

Evangelium, Joh. 20, v. 19. - 29.
EXORDIUM.

Ræsens Dominica antiquitùs appellata est Quasimodogeniti. Item Dominica in albis. Utrumque inde est, quia Christus per mortem, & consequentem resurrectionem suam, nos regeneravit in spem vivam, 1. Petr. 1. vers. 3.

Quemadmodum igitur mater angore afficitur, dum fætum suum pariat, ideo dolens clamat in doloribus suis, Esa. 26. vers. 17. Sic & CHRISTUS magno dolore percussusest, dum regenerationem hanc consummavit. Hinc ipse ait: Servire me fecistiin peccatis tuis: præbuisti hh; miki



mihi laborem, in iniquitatibus tuis, Esa. 43.

In horto Oliveti dolores ipsum invaserunt, qui ipsi sudorem sanguineum expresferunt, cum his verbis: Tristis est anima mea usque ad mortem, Matth. 26. v. 24.

Crux sella puerperii suit, in qua velut vermis se incurvavit, Psal, 22. vers. 7. profunde clamitans: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me, Matth. 27. vers. 46.

Latus quoque ipsius apertum est, ut aqua & sanguis emanarint, adlavandum & roborandum Filios Dei. Nam exlatere Christi ædificatur Ecclesia, ait Bernhardus. Sicut è costa Adami Eva, Gen.z.

Posthæc quievit in sepulchro, quod puerperii lectus fuit. Die Paschatos vicisfim ex eo prodiit. Hodieaffert Qualimodogenitos, & quidem gemellos, ex Judæis & gentilibus, hi indigent indusiolo, quod induunt in Baptismo, Gal.3.v.27. opus habent lactenon cibo folido, Hebr. 5.v.12.Id reperitur in Evangelio, quod Deus abscondit, à sapientibus & prudentibus, & revelavit parvulis, Matth. 11. v. 25. Ideo S. Petrus Auditores suos, nosq; omnes in hodiernum diem hortatur, ut sicut modo geniti infantes, rationabiles & fine dolo lac concupiscamus, 1.Petr.2. v.2. Tandem quoque sedula egent curatione, quo fine Deus constituit Ecclesiam, quæ spirituale nosocomion est, in quo infirmi ita curantur, ut non destituantur omni bono, Pfal. 103.v.11.dum Deus dilectionis, qui affe-&um vere paternum & maternum in nos gerit, Pfal. 103. v. 13. Efa. 49. v. 15. non modo iple excubias agit: led & Angelis suis man-

davit, ut custodiant illos, & in omaianxietate & periculo tutela sua iisdem adsistant, Psal. 91. v. 11.

loh 1

Pi

fama

don

chro

ALC:

Deus c

tipals

mbula

dibus

bus. Tu

detrahe

idantif

none n

country or

luthes.v

Quod

brin Pi

mfalle

Coque c

DECEMBE

patled c

me misso

an coha

orde, D

Nigg.

Smala

四回

upt, 1

Hæcita mera cælestia beneficia sunci, quæ nobis occasione Evangelicæ denominationis in memoriam revocemus: quin & ipsa Pericope pluribus ea inculcat,

Videbimus tiunc I. Triplicem Querelam. II. Triplicem Medelam. III. Triplicem Cautelam.

J.J.

Exegesis.

Q Hod Christus Discipulis suis promifit, in Concione Valedictoria, quam paulo ante abitum suum ad Patrem, Hierosolymis in cœnaculo magno strato habuit, quod nimirum iterum visurus sit illos, & gavisurum sit cor eorum, & gaudium eorum nemo sublaturus sit abillis, Ioh, 16.v.23. Id hodieimplevit, dum post resurrectionem suam votum pacis afferens, Discipulis consternatis sesse stitit, & adventu suo inopinato eosdem valde exhilaravit, ut prælecta Pericope testatur,

Querelam movet

1. Hostilis metus, quo pii in hoc mundo immundo nunquam non infestantur. De Apostolis hic dicitur, quod fores clauserint, propter metum Iudæorum. Quia enim turba commota erat, & Pontificibus res adeo successerat, ut Christum cruci suffixum necaverint: Apostoli inter sacrum & saxum stantes, singulis momentis verebantur, neimpetu in se sacto invaderentur, maxime, quia Consistoriales Hierosolymitani, cum Christus ab ipsis exami-

nare-

naretur, de discipuls ejus interrogaverant, Ioh.18.v.19.

in one mil

den stib

cente quil

lis foispool

idoris, que lucare, He

o litato ha

dernici.

a, & gand abilitati

n polizir. afferendi.

& aben

shikaniy

aboc music

ekana, di

feresdate

m. Quis

Postachu

rofewa crip

foli ines is

इ वाधकाराम

dainndo

oalsHs

plasexami.

BLB

Præterea, per milites pecunia corruptos fama increbuerat, quasi discipuli nocte, dormientibus illis, corpus Christi è sepulchro surati essent, Matth. 28. v. 13. Ideo semper animis anxii erant, nenocte intempesta fores essentingerentur. Sicut pio Lotho idem accidisset, ab impiis Sodomitis, nisi Deus cœcitate eos percussisset, ut ostium invenire non potuerint, Gen. 19. v. 11.

Quanta hæc miseria sit, superiori belli tempestate satis experti sumus, ubi tenebræ tribulationis erant in terra, Esa. 5, v. 30. neque introeunti, neque exeunti pax erat, præ tribulatione, Zach. 8. v. 10. quin inipsisædibus nemo tutus erat à furibus, nocu irrumpentibus, & quævis obvia ausseratibus. Tum enim valebat: Velociter sposia detrahe; cito prædare, Esa. 8. v. 1. Qui modo idartificiose celare poterat, nulla excusatione indigebat. Ius enim tempore belli ambiguum est, scriptum in Epistola, juxta quam omnis sur innocens pronunciatur, Zach. 5. v. 3.

Quodi Protoplastinostri, immunes à lapsuin Paradiso perseverasset, nullis domibus, muris, civitatibus & munimentis opus fuisset: Imago enim Dei inter alia quoque consistebat in persecta justitia, quæ ejusmodi virtus est, ut nemini vim inferat, sed cuilibet suum attribuat, ideo absque ullis munitionibus homines sibi invicem cohabitare potuissent, in pace & concordia, Deo æque ac hominibus jucunda, Psal, 133.v.1.

Simulac autem Cain post lapsum fratrem suum Abelem interfecerat, & metuebat, ne qui invenerit eum, occideret, ædificavitille civitatem, vocavitque nomen ejus, ex nomine filii sui Henoch. Gen-4.V.17.

Idem fecerunt posteri Noæ post diluvium, quia enim Deus primum mundum diluvio inundarat, illi melius sibi consulturi, turrim extructum ibant, cujus culmen pertingeret ad cœlum, ut in ea tempore necessitatis, tuti esse possent, Gen. 11.

Id ita, invalescente malitia hominum continuatum est, ut hodie hîc illic munimenta extructasint, quæ tamen sæpe parum præsidii afferunt, Quia dies Domini super omnem turrim excelsam: & super omnem murum munitum, Esa.2, v.12.15.

Quando igitur Deus hominem puniturus est, nulla arx vel munitio homini præsidio erit, licet exaltatus suerit ut aquila, & intersidera posuerit nidum suum, Obad. I. v. 4. ubi vero quem in custodelam suam recepit, vel aranca murus erit, sicut hic in Apostolis exemplum habemus, qui in conclavi congregati fores clauserant. Id parum profusser ipsis, nisi Christus securitate ipsis impertita, hostibus suis satis pro imperio dixisset: Sinite hos abire, Ioh. 18. vers. 3.

Id perpendite vos mei! Adhuc hodie in mundo sursum deorsum omnia volvuntur, Quia filius pro stulto habet patrem, & silia consurgit adversus matrem suam, nurus adversus socrum suam; & inimici hominis domestici ejus, Mich. 7. v. 6. Ideo quilibet Deum timeat, & nullo patrocinio destituetur. Turris fortissima nomen Domini, ad illam currit justus, & exaltabitur, Prov. 18. v. 10.

II. Solatii defectus. Apostoli in magnis

an

248

Dominica Quasimodogeniti.

angustiis versabantur, non modo proptet Pontifices, sed & ratione sugæ, quod contra datam sidem à Domino suo persidia desecerant, ideo medicinà contra mœrorem indigebant. Verum Servator din eandem retraxit. Mane resurrexerat, mulieribusque sese manifestaverat; Sed Apostolos vesperi demuminvisit.

Sic unus diutius cruce premitur, quam alter, qua inparte Deus modum sibi præscribi non sinit. Optime enim novit,

- - Quid valeant humeri, quid ferre recusent.

Quemadmodum Medicus infirmo medicinam ordinaturus, ante omnia vires ejus considerat, ne in dosi forte peccet: Sic Deus est Sanator noster, Exod. 15, v. ult,

Scit ille, quod sit optimum, Nobisque nullum dat malum, Hæcspes reposta nobis.

Sæpe vero Diabolus hanc moram exaggerat, dum piis animis inspirat Deum mutatum in crudelem, & benevolum cor fuum avertisse, alias tamdiu in angustiis illos non relicturum; hinc suspiria: Deus ne sileas, 'ne taceas, neve quiescas Deus, Psal, 83. v.t. Laboravi clamans, raucæ factæ funt fauces mex, defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum, Pfal. 69. v. 4. Verum tu in patientia animam tuam custodiens, expe-Cta Dominum, cum Jacobo dicens: Non dimittam te, donec benedixeris mihi, Gen. 22. v.27. & veniens ille veniet, & nontardabit, Hab. 2. v.3. fi non citius, tamen circa vesperam, quo tempore discipulos quoque hicaccessit: in inundatione enim prætereunte consummationem faciet loci illius,

Nah.1.v.8. & in tempore vespeti erit lux, Zach, 14.v.7. ejesce

40 m

Ize

noô

COB

to

deli

1000

6.4.1

Jos vo

fante

incre

nimit

hoci

#100

mole

quin

CHIM

haba

panel

liborg

et, in

trado,

platia

techer

huno

Editor

melt.

2022

icur

zulla

Cum Daniel trium hebdomadarum diebus lugeret, & Deum follicitaret, tanto fervore, ur panem desiderabilem non comederet, Deus tandem Angelo misso confirmabateum. Hic non opinemur, ac fi tum demum & non citrus preces ejus exauditæ fint. Neutiquam. Nam ex die primo, dicit Angelus, quo posuisti cor tuum ad intelligendum, ut te affligeres in conspectu Dei tui, exaudita sunt verba tua, & ego veni propter sermones tuos, Dan. 10. v. 2. 13. Quod vero Daniel totas tres hebdomadas expectare & clamare debuit, eo iplo probatus est, quinimo ut eo ferventius oraret, & in constantia perseveraret, adactus. Nam inter omnes virtutes sola perleverantia coronatur, Bernhardus. Nemo vero mittens manum fuam ad aratrum, & respiciens retro , aprus est Regno Dei, Luc.g.v.ult.

III. Ministeriionus : quod Christus innuit, inquiens: Sicut misit me Pater, & ego

Ex quo elucescit, verbi Præconibus vocationem expectandam, ne ipsi currant, sed expectent, dum mittantur, Jer. 23, 21. Alias veluti sorices seipsos produnt, quod plus lac & lanam, quam Dei gloriam & ovicularum emendationem respiciant: ut Deus ipse de ejusmodi Pastoribus graviter conqueritur, Ezech. 34, v. 3.

Quam grave vero onus verbi ministerium sit, id è missione colligendum, quam hic Christus cum sua ipsius missione confert. Sicut igitur Deus Pater Filium suum

1. Ad docendum : Undenunquam quo-

LICS-

voluntatem Patris sui simpliciori plebecula exponere, in notis Parabolis, interdiu & nocte, sicut imprimis Nicodemo noctu concionem habuit, Joh. 3. vers. 1. Et idtanto fervore egit, utetiam in ara crucis non desierit, dum animam exhalavit, Luc.

23. vers. 46. Rebus vero politicis non immiscuit secideo cum Regemeum apturi essent, sugit in montem ipsesolus. Ioh.

6.V.15.

reigen eine

endemonde

denter, is

denblenta

a Angelo mis opinemus, z las proces en

Namai

no pelalica

te affigeria

limit verbern.

stoos, Da

miel total on

amare debui.

and wino

i perienene,

S SUTTOTES IN

hardus Ne-

ad aratrem,

Regna Dr.

Christo

Pate, kep

ecocibate

Scottant, Ed

113,11411

s, quodita

am & onci-

ent: et Des

Service on

thi male

dum, qui

Mione con-

diam form

done do

BLB

Ita Animarum Pastores intra cancellos vocationis suæ continere se debent, instantes opportune importune, arguendo, increpando, exhortando, in omni longanimitate & doctrina, z. Tim. 46. v. 2. Et hocipio nondum officio fatisfactum est, ut non dubitandu, li Ministerii Candidati molestias Ministerii prævidere possent, quin paucissimi illud subituri essent.Licet enimaliæ Facultates molestias suas & ipsæ habeant, & unicuique in sudore vulrus sui pane suo vescendum, Gen.3.v.19. attamen labore non adeo continuo nectanto opus est, in concipiendo, meditando & perorando, ut in Ministerio, unde necessario corporis vires paulaum deficiunt, ut plurimi maturiori morte prærepti, ad fenectutem minus perveniant, ficut experientia probat. In tantis laboribus & moleflis non eft, ut negotiis lecularibus le implicent, z. Tim.z.v.4. plurima enim luper fensum hominis oftensa suntiplis, Sirac. 3. v.25. Reges gentium dominantur, & qui potestatem habent, benefici vocantur, Luc.22.v.25. Quicunque igitur Ecclesiam & curiam administrare gestir, non à Deo milius est, led pertinet in Synagogam Satanæ, Apoc. 3. v. 9, qui Rex superborum dieitur, sob. 4. v. ult.

* 2. Adfaciendum, ut ea quæ docet, exterioribus signis & miraculis confirmet. Hanc potestarem discipulis quoque suis dedit, ut Dæmonia ejecerint, varios morbos curaverint, aliaque prodigia secerint, sed non ex propria virtute, verumin no-

minefuo, Matth. 16. v. 17.

Hodie nullis miraculis amplius indigemus, quia doctina, quam profitemur, Christic Apostolorum miraculis sussicienter confirmata est. Id vero Pastori probato incumbit, ut vestigiis Domini sui insistens, non modo dicat, sed & faciar, ut sit exemplum sidelium, in verbo, in conversatione, in spiritu, in side, in castitate, t. Tim. 4.v. 12. Alias essicit, ut Evangelium calumniis imperatur, & dum aliis prædieat, ipse reprobus essiciatur, 1. Cor. 9.v.27.

3. Adpatiendum. Non enim venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemtionem pro multis, Matth. 20.veis.23. Hac in parte nemo ipsi conferri potest, solus enim torcular calcavit, Esa. 63.v.2. & una oblatione consummavit in sempiternum eos, quisanctificantur, Hebr.

10.V.14.

Interea & nobis stigmata ejus in corpore nostro portanda sunt, Gal. 6. v. 16. ut in longanimitate, 2. Cor. 6. v. 5. permultam crucem & afflictionem in Regnum Dei eum sequamur, Match. 16. v. 24. non ut nobis velaliis quicquam promereamur: sed Dominum Ministerii in cruce & morte, ut benevola ejus voluntas requirit, clariscemus, Ioh. 21, 19. Hinc est, quod adhuchodie Filius Dei discipulos suos mittir, ut

i ov

oves occisionis, Psal. 44. v. 22. ut inter aspides & regulos, Esa. 11. v. 8. inter leones & & lupos, Matth. 10. v. 16. interfals fratres & latrones, 2. Cor. 4. v. 13. ministerio suo fungantur, panem doloris comedentes ut Micha, 1 Reg. 19. v. 6. tanquam purgamenta hujus mundi, omnium perissema, 1. Cor. 4. v. 13. Verum hoc solatio gaudent, quod Ministri Christi sint, & dispensatores mysteriorum Dei, 1. Cor. 4. v. 1. Is suo tempore videbit, & requiret, 2. Paral. 24. v. 22. Merces vero eorum eo copiosioreritin cœlis, Matth. 5. v. 12.

De Secundo.

SEquitur Medela quæ fluit 1. Ex Christi manifestatione, quam peregit

1. Potenter , dum clausas januas per-

transit.

Quando alias in conclave clausum ingressurisumus, aut claves adhibendæ, aut fores pulsandæ, aut dum fores pandantur, expectandum, aut vi fores perrumpendæ, aut per Claustrarium aperiendæ sunt.

Nihil horum Christus tentavit, & tamen ad discipulos in conclave intravit. Primo enimnon utitur clavi, quam sine dubio Apostoli sibi sumtam probe asservaverant. Nec pulsavit ostium, sicut Petrus aliquamdiu ad domum Mariæ pulsare & præstolaritenebatur, dum foresaperirentur, Act. 12. v. 13. Præterea nec ostium vi perrupit, aut è cardinibus dimovit, sicut Simson Gazæ conclusus, media nocte consurgens, apprehendit ambas portæ fores, cum postibus suis & vectibus.

impositasque humeris suis, portavit ad verticem montis, qui respicit Hebron, Jud. 16.
v.3. Neque Angelus ei fores aperuisse legitur, quod Petro incarcerato sactum, Act.
12.v.10. neque terræ motus sactus, sicut Philippis accidit, cum Paulus & Silas in custodia detinerentur, ut moverentur sundamenta carceris, Act. 16.v. 26. Nihil horum sactum est: Sed tores occlusæ sunt & manent, attamen Christus corpore suo clarificato easdem penetrat, nihilo ipsum prohibente. Quæ qualitas nostris quoque corporibus clarificatis continget. Seminatur enim in corruptione, surget in incorruptione, 1. Cor. 15.v. 43.

2. Patenter. Stetit enim in medio corum. Quo significare voluit, esse su num illum Mediatorem Dei & hominum, 1. Tim. 2. vers. 5. qui nos non relicturus sit orphanos, Joh. 14. vers. 18. sed ubi duo aut tres congregati sunt in nomine ejus, suturus erit in medio corum, Matth. 18.

verf.20.

Nos sæpe inter postes & cardines verfamur, & ita angustiamur, ut nesciamus, quid facere debeamus, ut Rex Josaphat ait, 2. Chron. 20. v. 12. Verum confidite vos mei! Christus medius nostrûm stat, Joh. 1. v. 26. eritque nobiscum in tribulatione, etipiet & glorificabit nos, Psal. 91. v. 15.

II. Ex pacis apprecatione. Stetit enim in medio corum, non mutus, ac tacens: sed a-mice salutat, inquieus: Pax vobis!

Hic nobilissimus thelaurus est, quem Christus resurrectione sua nobis acquisivit & peperit, propterea vocaturSar-Schalom, Princeps pacis, Esa.9.v.7.

Exultate hinc Vos mei! Justificati enim ex fide, pacem habemus ad Deum,

29c

Rom

Q

citad

bis, B

Si

tutifi

entes

foo 1

Si

Eyan

fedp

Pater

invide

Ram

MIN

morte

cedots

Domi

4,7,12

III,

Tim is

timb(

BELLY

Mic

E12.41

25 I

per Dominum nostrum Jesum Christum, Rom, s.v.t.

orderitation

cheon, John

pendito, Li

shaw, hi

oles & Sign

overence in

ate. Nhills

teclaiziank

arporefacio alo iplan pr

i que que car

t. Seniore

incorrupts.

medes-

t, tleip

k hominus,

relidioris

ed abidao

nine eju ,

Mania

indice is

nelcima, Josepharia, onhideera

ku, John

plattest, t

N. B.I.J.

test esco d

NESS (DIA

d, qua bis acquir

Sar-Schle

Hificati e-

Denm ,

BLB

à.

Quodfi igitur Satanas accusatione legisnosterritat ? confidenter contra colloqui possumus, dicentes: Quis accusabit electos Deir Deus est qui justificat, Rom. 8.v.34.

Iram Dei oftendit ? Vicifiim animofe cum Paulo dicamus: Christus hîc est, qui mortuus est; imo, qui & refurrexit, qui & est ad dexteram Dei, &interpellat pro nobis, Rom. 8. v. 34.

Si mundus nos persequirur, ut nusquam tuti simus, velut Elias in exilio, 1. Reg.19. v.3. tamen pacem cum Deo habemus, scientes, Christum mundum cum Principe

iuo vicifle, Joh. 14. v.30. Selneccerus de pio Principe, veritatem Evangelieæ doctrinæ amplexo recenfer, quod propterea à familiaribus & Consanguineis odio habitus, non deterritus, sed pro Symbolo quasi his verbis usus sit : Pater me odit, uxor non amat, frater mihi invidet, sed in solo Christo est mihi requies & auxilium. Imitare pium hunc Principem, & non modo in adversitatibus honam militiam, 1. Tim. 1. verl. 19. fed & in morte sperabis dicens cum Davide: In pace dormiam & requielcam, quoniam tu Domine, solus tuto habitare facisme, Pf. 4. v.ult.

III. ExMinisterii ordinatione. Sicut enim Difcipulis & Apostolis suis denuo Apostolatum commendat, & juxta Spiritum fanctum impertit, traditis Ecclesiæ clavibus, ut potestatem habeant, peccata remittendi & retinendi : Sic idem adhuc hodie est, qui Jerusalem Evangelistas dar, Ela.41.v.24.extrudens fideles operatios in

messem suam, Matth.g.v.ult, qui pro animabus Auditorum pervigilent, Hebr. 13. v.7. & pauperibus evangelizent , Matth. 11. verlis, quod est potentia Dei in salutem omni credenti, Rom, I.v.16.

Hæcmagnagratis est, cui nunquam gratias referendo pares fumus. Quodfi Imperator Romanus, ad quempiam subditorum fuorum, perfidia deficientem, Legatos suos mitteret, & gratiam suam offerret, id insolitum quid esset, quod novellis procul dubio infereretur. Hocipfum vero Rex Regum & Dominus Dominantium erga nos facit,1. Tim.6.verf.15. quando emissis verbi Præconibus & Legatis suis, gratiam suam offert nobis: Consolamini, consolamini populum meum , Esa. 40. verf.1. quod & faciunt, quando ex fuggestu clamant:Pro Christo legatione fungimur , tanquam DEO exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini DEO, 2. Cor. f. vers. 20. Grato igitur animo agnolcamus, quod Deus nos adeo gratiole respiciens, omniasalutis media ordinavit : quin & adhuchodie efficax est per Ministerium verbi , incrementum dans cœlitus , 1. Cor.3. verf. 6, nelabor noster inanis in Domino sit, 1. Cor.15. vers.ult. Hoc vero unice requiritur, ut intelligamus, Pfal. 2. verf. 10. petenres cum Salomone cor docile, 1. Reg. 3. vers.9. Et Dominus fidem per verbum accender, Rom.10.verf.18. per fidem vitam æternam daturus, Joh.3. verf.15. ubi nullo verbi Mmisterio amplius indigebimus, sed omnes à Deo docti, cognoscemus Dominum à minimo, usquead maximum, Jer.31. verl.34.

11 2

De

De Tertio.

S Equitor Cautela, quæ tribus absolvitur Regulis, quarum

1. Pacem sectare. Eo respicit Christus, quando ad Apostolos air, Pax vobis. Hoc

ipsoenim apprecaturipsis

fir, ut non modo negotia & res tuas, secureperagere, sed & subter vinea & subter sicu in Domino te oblectare possis, Zach, 3. y.ult. Hoc nobile bonum.

- Pax optima rerum, Quas homini novisse datum est.

Ibi bene seres habet in Ecclesia: Paulus plantat, Apollo rigat, Deus dat incrementum, t. Cor, 3. v. 6.

Bene se res habet in Politia. Seniores sedent in porta, Ruth. 4,2. & de bonis terræ.

tractant, 1. Macc. 14. v,9-

Bene quoq; resse habet in Oeconomia. Tür plateæ civitatis complentur infantibus, & puellis ludentibus in plateis ejus, Zach & v. s. stillant pascua deserti, & exultatione colles accingentur; vestitis sur arietibus ovium, & valles opertæ sunt frumentis, jubilabunt & canent, Psal, 65, v. 13. Vox molæ auditur, h.e. omnia opisicia libere exercentur, Jer. 25, v. 10. quæ tempore belli jacent, & frigent, 1. Sam. 13, v. 19. Breviter: Egrediens mane & vesperi lætisseas, Psal, 65, v. 9.

Nobilis hujus boni aliquamdiu inopia laboravimus, & contra vocem buccinæ audivimus clamorem prælii, Jer. 4. v. 19. Sed jam, Deo fit laus, gladii hostis confunti sunt imperpetuum, Psal 9. v. 7. Recu-

peravinus pacem quam Deus nobis reddidit, propter electos, Matth. 24. v. 21. propter infantes, qui nesciunt, quid sit inter dexteram & sinistram suam, Jon. 4. v. ult. propter orphanos & viduas, Psal. 68. v. 6. Os. 14. v. 4. propter simplices, qui suerunt lampas contemta apud cogitariones divitum, Job. 12. v. 4. propter infirmos side, ne convertantur ad stultitiam, Psal. 85. v. 9. propter nominis sui gloriam, ne hostes dicerent, non poterar Dominus introducere populum in terram, nec Ecclessam Evangelicam desendere, iccirco occidit eos in solitudine, Num. 14. v. 16. V.26.1

tisint

mini

N

tetni

pet

Collic

dinu

cotiu

IL

gelifts

ubiex

105 20

Ma

nes H

hauft

ubi Ro

divina

20rum

fas, ven

Qui

maob

polyn:

Gama

mile,

100/15

业品

COLUMN

TOIN !

ななない

BM

STEED IN

Bant

ESTATE AND IN

N

Gratias Deo agite vos meil quod devolvent vobis deprecationem pacis & veritatis, Jer. 33. v. 6. orantes, ut qui copit in vobis bonum opus, perfeciat usque in diem

Iefu Christi, Phil r.v.6.

2. Pacem internam, quam toti humano generi merito suo acquisivit. Postquam enim Deo reconciliati sumus, per mortem Filis sui, Rom. 5. v. 10. cot nostrum nos condemnare nequit, quia major est DEUS cordenostro, 1. Ioh. 3. v. 20, hine pacata nostra conscientia, quod juge convivium, Prov. 15. v. 15. ut cum Iobo dicere possimus: non reprehendit me cor meum, in omni vita mea. Confer 2. Cor. 1. v. 12. hine constans lætitia. Si enim eor nostrum nos non condemnaverit, siduciam habemus ad Deum, 1. Ioh. 3. v. 22.

3. Pacem aternam. Ubi electi, post confummationem hujus temporis cum Deo & omnibus beatis Angelis sedebunt in habitatione pacis, & intequie securitatis, Esa. 32. v. 18. nec ab ullo amplius hoste infestabuntur, quia chaos magnum firmatum erit inter corlum & infernum, Luc. 16.

¥.26.

BLB

w.26, ibi sonabit vox exultationis & salutisintabernaculis justorum: Dextra Domini fecit virtutem, Psal. 118.v.15.

Nostrum erit, cavere, ne externam & internam hanc pacem amittamus, & si ad perpetuam & cœlestem pertingere velimus, & ipsi in pace & concordià vivamus, solliciti servare umtatem Spiritus in vinculo pacis, Eph. 4. v. 3. ubi verò invicem mordemus & comedinsus, nil nisi certissimum exitium sequetur, Gal. 5. v. 15.

II. In Christolatare. De Apostolis Evangelista refert, quod exanimo lætati fuerint, ubi exore Servatoris lætum illud pacis vo-

tum audierunt.

the property

12421170

· doctors

, Joseph Military

rapping to

ofinostic

4Phillippin

nehodno

s mutodays

clum Em.

occidente

quod dend

cu di pero-

connecto

acia da

humano

Politica

tour z

n nacci

年加

nochra nochra

cerepob

1, 4000

KIL IN

train au

Demissi.

postoro rum Do

etin iz

201, E-

dente

mayan.

N.26

BLB

Magno gaudio delibutus est David, nbi tres Heroës aquam decistes na Bethlehem haustam ipsi attulerunt, z. Sam. 23. v. 16.

Non minori gaudio affectus Salomo, ubi Regina Saba, multo cum comitatu & divitiis, camelis portantibus aromata, & aurum infinitum nimis & gemmas pretiofas, venitad eum, 1. Reg. 10, v. 1. feqq.

Quid verò hoc æstimandum, respectu illius, quod Christus non modò Apostolis, sed nobis omnibus resurrectione sua ac-

quilivit ?

Gemma gratissima, munus in oculis Domini sui, ait Salomo, Prov. 17. v. 8. ita hoc munus Paschale tanti æstimemus, quanti alias Magnates gemmas æstimare amant.

Putemus illud majoris Jaspide, qui contra venena inferni est, 1. Cor. 15. v. 55. Faciamus pluris Saphiro: ut enim ille colore cœtuleo præditus: ita per hoc munus Paschale consequi possumus vitam æternam, ubi sulgebimus, quasi splendor firmamenti, & quasi stellæ in perpetuas æternitates, Dan. 12. v. 3. Pendamus pluris

Smaragdo. Sicut enim ille exhilarat, ita multò magis pax Dei cor lætificat, licét frumentum & multum aliorum multiplicata fint, Pfal. 4.v. 8. Gratius fit nobis carbunculo. Sicut enim ille & nocte fulget: fic Dei gratia nunquam extinguitur: fed lux oritur justo, & rectis corde lætitia, Pfal. 97.v.11.

Carius habeamus Adamante: qui quidemnon sanguine hircino tantum mollirised & quovis malleo facile conteri poteste Misericordia autem Domini ab æterno, & usque in æternum super timentes eum,

Pfal.103.v.17.18.

Gaudeamusitaque in Domino semper, Phil. 4. v. 4. qui nos de potestate tenebrarum liberavit, Col. 1. v. 13. Gaudium enim mundanum ad momentum est, Job. 20. v. 5. Qui verò pacem com Deo habet, jucunditatem haurit à Domino, Prov. 18. v. 22. cum Assaph dicens: Quid mihi est in cœlo? & à te quid volui super terram, Psal. 73.

III. Claves Ecclesia venerare. Hic Christum Apostolos insufflare audimus & dicere: Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis &c. Hæc spiritualis Ecclesia potestas est, quæ alibi sub Metaphora Clavium innuitur, quando Servator ad Petrum ait: Tibi dabo Claves Regni Cœlorum, Matth. 16.18. Quod enim ibi speciatim Petro dixit: id generatim de omnibus Ecclesia Doctoribus & verbi Præconibus, quos dat Ecclesia sua, intelligendum est, Ephes. 4. v. 11. Proptereà orat: Non pro eis rogo tantum: sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum corum in me, Johan. 17.

ii 3 Quan

Dominica Misericordias Domini.

Quando proindè Ecclesiastes clave ligante utitur, & dicitad avarum: Pecunia tua tecum sit in perditionem, Act. 8. v. 20. Ad fornicatorem & adulterum: Deus judicabit te, Hebr. 13. v. 4. Ad ebriosum: Væ, qui consurgitis manè ad ebrietatem sectandam, Esa. 5. v. 11. seqq. & ita ulterius: non id vilipendendum est; in leges enim divinas impiè agere, impunè non cedit: sed hoc tempus sequens declarabit, 2. Macc.

Quando verò clavem folventem adhibet, & pœnitentem ex verbo divino falutari folatio erigit & certiorem reddit, quod cum publicano justificatus in domum suam descendere possit, Luc. 18. 14. iterum consolationem hanc non aliter sucipiant, ac si Christus ipse eandem annunciasset, & aperiant corda, sicut terra venientem super se bibit imbrem, Hebr. 6. v. 7.

& exultabunt offa contrita, Psal. 57. v.9. quæ quasi leo Dominus contriverat, Esa. 38. v. 13.

Beati, qui potestati huic Ecclesiastica se reverenter subjiciunt. Non enim DEus, ut Lutherus ait, alias claves in colo habet, quam Ministri ejus in terris, sed quod solvunt illi, Deus quoque soluturus est, non ligans: & quod ligant, Deus quoque ligaturus est, non solvens. Qui igitur eos contemnit, non homines contemnit, fed Deum ipsum, pro quo legatione funguntur, 2. Cor. 5. v.20. Unde verbi Ministerium expresse Ministerium Spiritus dicitur, 2. Cor. 3. v. 6. Durum aliquando erit contemtoribus, adversus stimulum calcitrare, Act, o. v. 6. Det Deus nobis omnibus pænitentiam & remissionem peccatorum, & consequenter salutem æternam, per Christum JEsum, Amen.

DOMINICA MISERICORDIAS DOMINI.

Evangelium Joh. 10. V.11,-- 16.
EXORDIUM.

E Ægyptiis memoratur, quod detestati suerint omnes Pastores ovium. Causa non additut, verosimile autem est, ideò factum este, quia Pastores pecora quædam mactarunt, ejus carnes comedentes, quæ Ægyptii pro Diishabuetunt, & coluerunt. Cum enim Pharao Israëlitis potestatem daret, ut in terra Ægyptiorum Deo suo sacrificarent, respondit Moses: Non potest ita

fieri: abominationes enim Ægyptiorum immolabimus DominoDeo nostro?quod si mactaverimus ea, quæ colunt Ægyptii coràm eis,lapidibus nos obruent, Exod. 8.

Nos Christiani Dei gratia meliusinformati, ex verbo Dei novimus, Pastores in bona existimatione esse, modò intra cancellos manserint, & sidelem gregis sui curam, habuerint, ideò Christus ipse approse-

pens

latur

Arch

湖

millin

& Pol

noftru

neami

Hinc

ricerdu

defiair

telpexe

15 加

in po

lim

III III